

# LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

---

BEROLINI  
APVD WEIDMANNOS  
MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS

	pag.
<i>Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . .</i>	<b>VI</b>
<b>PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PER-</b>	
<b>TINENTES</b>	
Cap. I. <i>De singulis legum novellarum syllogis . . . . .</i>	<b>XI</b>
Cap. II. <i>Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . .</i>	<b>XXV</b>
Cap. III. <i>Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . .</i>	<b>XXXI</b>
Cap. IV. <i>Codices tertiae syllogae . . . . .</i>	<b>XLIII</b>
Cap. V. <i>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . .</i>	<b>LV</b>
I. <i>Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . .</i>	<b>LXI</b>
II. <i>Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . .</i>	<b>LXIII</b>
III. <i>Breviarii Alariciani epitomae . . . . .</i>	<b>LXV</b>
IV. <i>Breviarii minora . . . . .</i>	<b>LXXVII</b>
V. <i>Libri latentes vel deperditi . . . . .</i>	<b>LXXXIX</b>
Cap. VI. <i>Legum novellarum editiones et apparatus . . . . .</i>	<b>XC</b>
Cap. VII. <i>Crisis legum novellarum . . . . .</i>	<b>XCI</b>
A. <i>Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . .</i>	<b>1</b>
B. <i>Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . .</i>	<b>179</b>
C. <i>Leges novellae Anthemii . . . . .</i>	<b>197</b>
Cap. VIII. <i>Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . .</i>	<b>209</b>
I. <i>Constitutionum acceptores . . . . .</i>	<b>209</b>
II. <i>Constitutionum tempora et loci . . . . .</i>	<b>213</b>
<hr/>	
I. <i>CORPVS LEGVM NOVELLARVM THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . .</i>	<b>1</b>
II. <i>LEGVM NOVELLARVM MARCIANI IN ORIENTE PROMVLGATRVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT . . . . .</i>	<b>179</b>
III. <i>AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS SEVERI ET ANTHEMII . . . . .</i>	<b>197</b>
<hr/>	
<i>Index titulorum . . . . .</i>	<b>209</b>
<i>Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . .</i>	<b>213</b>

## CAPVT QVINTVM.

### EXCERPTA.<sup>1)</sup> BREVIARII EPITOMAE. VARIA.

#### I. Ex syllogis legum novellarum Orientalibus Excerpta.

Omnis, quas *Iustinianus* in Codicem suum recepit, constitutiones anno 437 posteriores sumptae sunt ex syllogis novellarum constitutionum orientalibus. Inter quas in syllogis occidentalibus extantes reperiuntur hae: nov. Theod. 3 — 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 9 — 10, 1 — 11 — 12 — 13 — 14 — 16 — 17, 2 — 19 — 20 — 21 — 22, 1 — 22, 2 — 24 — 25 — 26, Marcian. 1 — 3 — 4 — 5. Reliquas, quae spectant ad annos 438 — 457, in editione ipsa neglectas admisi in laterculos dignitatum et temporum capite octavo propositos. Iustiniani autem mutationes ad leges novellas modo laudatas pertinentes editionis textui adscripti, Mommseni in Theodosiani editione exemplum secutus, neque in variis editionis Kruegeriana lectionibus recipiendis discessi ab iis, quae summus ille vir in primo huius operis volumine pp. LX. CXXIV exposuit. Utriusque corporis lectiones ubi dissentiant, Iustinianus plerumque interpolatus (ut Theod. 22, 1, 61 — 22, 2, 73 — Marcian. 1 inscr. — 5, 89) cedit Novellis<sup>2)</sup>, passim verum solus exhibens corruptelas librorum nostrorum sanat (ut Theod. 21, 7 — 21, 32 — 26, 29 — 26, 48 — Marcian. 3, 9/10 — 4, 4). Commemoratione digna est nov. Theod. 22, 1, ubi genuinam subscriptionem *Eudoxio et Diocesoro cons.* (a. 442) Iustinianus (5, 27, 3) exhibit, in Novellarum libris traditur *Maximo II et Paterio vv. cc. cons.* (a. 443). Novella Theod. 7, 4 (a. 441) in libris nostris inscripta est magistris militum Ariobindo et Aspari, Iustinianus (3, 23, 2 — 7, 62, 33 — 12, 54, 3) legem directam esse vult ad Cyrum p(raefectum) p(raetori)o.

#### II. Ex syllogis legum novellarum Occidentalibus Excerpta.

A. *Codex Coloniensis* 212, antea Darmstadensis 2326, saec. VII scriptus (Maassen, *Colon.* Quellen und Litteratur des canonischen Rechts 574 sqq.; Conrat, Quellen und Litteratur I p. 146) collectionem continet ecclesiasticam LXIV titulorum saec. VI in Gallia confectam. Sub titulis V et VI ad vetustiorem collectionis partem pertinentibus inter canones Carthaginenses et epistolam a concilio Arelatensi a. 316 ad papam Silvestrum directam fol. 26<sup>v</sup> et 27<sup>r</sup> proponuntur novellae Valent. 18 (a. 445 Jun. 19) et 17 (a. 445 Jul. 8). Illa sub solita rubrica *de Manacheis* (sic), haec sub titulo *de primatibus ecclesiae chatolicae* (in corpore Maioriani scribitur *de episcoporum ordinatione*) collectioni insertae ex sylloge quadam certe diversa a corpore Maioriani, cui aetate praestabat, depromptae sunt. Nam novellarum laudatarum ordo in hoc corpore (quo nostra editio nititur) iam inversus (vide supra p. XVI) in Coloniensi recte servatur. Quocum optime convenit, quod lectiones

<sup>1)</sup> Novella Theod. 1 in libris O et A (scilicet *Ambrosiano C* 29 inf.; cf. Mommsen, Theod. I p. LXXXIII) Theodosiano praemissa traditur; ex eiusdem generis archetypo depromptam eam praebet *Parisinus 4409* f. 65/66; hac de re accuratius agetur in capite septimo.

<sup>2)</sup> De Tribonianorum mutationibus ad constitutionum linguam pertinentibus vide quae Gruppe (*Zeitschr. Savigny'stig. R. A.* 14, 224 sqq. 15, 327 sqq.) composit.

eius, potissimum novellae extra Breviarium positae Valent. 17, contextum libri I' etiam in gravioribus emendant, ut in capite septimo demonstrabitur. — Codicis novellam utramque contuli Coloniae a. 1901.

B. Ex sylloge prima Excerpta.

Gromatici

1. *Corporis scriptorum gromaticorum* libri ordinis secundi (prioris nulla habent ex Novellis excerpta) in Gallia scripti Vaticanus Palatinus 1564<sup>1)</sup> saec. X, olim Fulensis, et ex eo etiam plenior descriptus Guelferbytanus Gudianus 105<sup>2)</sup> eiusdem fere aetatis, aliquando Adriani Turnebi, qui ab archetypo pendent saec. VI vel VII in Italia confecto et impudentissima eius artis hominum interpolatione inquinato<sup>3)</sup>), leges novellas Theodosianas tres, scilicet 24 — 4 — 20 sic ordinatas, rubricis nullis praemissis excerptas proponunt (cf. p. 273 sqq. editionis Lachmanniana). Descendunt autem ex corpore Maioriani, ut ipsae docent. Alterius novellae (Theod. 4) cum inscriptionem et subscriptionem fere integras constitutionisque principium ex parte receperint agrimensores, primam (Theod. 24) excepta inscriptione ita deformant, ut vix agnoscat neque operae pretium visum sit ficticia haec in apparatus nostrum recipere. Sed novellam Theod. 20 in Breviarium receptam fere plenam, omissa tantum subscriptione, usurpaverunt: hic illic Gromaticorum textus corruptus est (20, 1 *circa pro cyro* — 20, 11 *limitatori pro nili tantum* — 20, 29 *magnificavit* [sic corrigendum in apparatus] pro *magnifica auctoritas tua*) vel hiat (ut 20, 2 — 20, 6 — 20, 23 — 20, 28 cet.); graviores interpolationes occurunt 20, 11 et 20, 31; at verum solus exhibit 20, 8 *apud quem*.

Deusdedit

2. *Collectio Canonum* a cardinale Deusdedit Gregorio VII pontifice Romae compilata, a. 1087 divulgata et successor ei⁹ Victor III 'omnique clero sanctae romanae ecclesiae' dedicata sub primi libri titulo CCXXXVI et praescripto *constitutio Valentiniani* novellam Valent. 17 'de episcoporum ordinatione' etiam in sylloge Coloniensi servatam fere plenam exhibit. Huius collectionis apographum continet *Vaticanus 3833*<sup>4)</sup> (nobis *Deusd.* saec. XII ineunte in Gallia descriptus<sup>5)</sup>). Folio 48<sup>r</sup> nov. Valent. 17 ita habetur, ut in cardinalis Deusdedit collectionem recepta est ex syllogae primae codice Italico Romae tum custodito (vide infra in capite septimo). Pro acceptoris nomine *Aetio viro inl. com. et mag. utriusque militiae et patricio interpolando scribitur omnibus sub imperio aeternae urbis R(ome) ubique terrarum degentibus*; item verba 33 *Aeti p̄kāa . . . . 37 divinitas te servet per multos annos p̄kāa ad eundem Aetium pertinentia praetermittuntur*. — Contuli novellam Romae a. 1901.

*Libelli contra invasores et symoniacos et reliquos scismaticos* ab eodem cardinale Deusdedit a. 1097 confecti<sup>6)</sup> capiti III, 5 (in fine<sup>7)</sup>) insertum est eiusdem novellae Valent. 17 fragmentum ex canonum collectione depromptum ('quis episcoporum ad iudicium Romani antistitis evocatus adesse neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur').

Phillipps. 1735

3. Epitomae Monachi codex *Berolinensis Philippianus 1735* (Haenel, Brev. 64; Rose, catal. I n. 160) saec. VIII/IX scriptus post Aniani subscriptionem Alaricianam (cf. *Theod. I* p. XXXIV) f. 157<sup>v</sup>/158<sup>r</sup> novellas Valent. 16 et 24 brevias proponit ex sylloge prima.

<sup>1)</sup> Blume, *Schriften der römischen Feldmesser* vol. 2 p. 43 sqq., Mommsen in *annalibus Bonnensisibus* vol. XCVI. XCVII (1895) p. 275 sqq.

<sup>2)</sup> Blume l. l. 42 sq., Mommsen l. l.

<sup>3)</sup> Mommsen l. l. p. 283.

<sup>4)</sup> Codicem *Parisinum lat. 1458* (= Colbert. 2576 = Regium 388<sub>1</sub>), qui novellam Valent. 17 f. 249<sup>v</sup> sub eodem numero CCXXXVI exhibet omisso tantum praescripto *constitutio Valentiniani*, in meum usum contulit H. Lebègue Parisinus. In apparatus hunc codicem ad verbum concordantem cum Vaticano 3833 non attuli.

<sup>5)</sup> Collectionem edidit Martinucci (Deusdedit . . . Collectio Canonum e codice Vaticano edita a Pio Martinucci, Venetiis 1869); egerunt de ea Stevenson, *Archivio storico della città di Roma* VIII (1885) p. 805 sqq.; Conrat l. l. 367 sq.; Sackur, MG. *Libelli de lite imperatorum et pontificum saec. XI et XII conscripti* II p. 292 sqq.; Steinacker, *Mitteilungen des Instituts f. oesterr. Geschichtsf. Supplement*. VI p. 113 sqq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCLVII.

<sup>6)</sup> ed. Sackur, MG. *Libelli de lite* II p. 292 sqq.; cf. Conrat l. l., de Wretschko l. l.

<sup>7)</sup> Sackur, l. l. p. 346.

Illi novellae, quae in  $\Gamma$  deest, solus ex libris nostris numerum *XVI* attribuit in corpore Maioriani inter Valentinianas usurpatum, hanc a  $\Gamma$  numero XXII signataam laudat ut *XXIII*. Novellae Valent. 16 praescribitur (f. 157v): *de p̄to solidi et reprobati* [interpolatum]. *ymp̄ theod. et valentinianā āā ad p̄r* [sic recte = p(opulum) r(omanum)] *in libro növelarum* (scilicet Valentiniani) *h̄r* [= habetur] *XVI*. Sequuntur textus verba inde a 6 (*si quis*) *solidum* usque ad 12 *custodiet* in brevem summam contracta et interpolata, quae tamen boni archetypi vestigia prae se ferunt; tum post subscriptionem (consulatum *valentiniano āg VI* recte exhibentem contra *10*) scripta habetur nov. Valent. 24: praescriptis (f. 158v) *de negotiatoribus ymp̄ theod. et valentinianā āā* (reliqua inscriptione omissa) *in novellā h̄b h̄r. XXIII*, ordine inverso textus breviatus (inde a 3 *maiestatis . . . 4 oraculo, 7 omnes* usque ad finem) et subscriptio dantur. — Utriusque constitutionis datae locus, scilicet Roma, non casu omissus esse videtur. Graves sunt interpolationes Valent. 16, 6 — 24, 7/8.

4. *Leges regum Germanorum.*

a. Corpus Euricianum ab Eurico Visigothorum rege (466—485) conditum et Gothis solis *cod. Euricianus* destinatum, cuius fragmenta in codice palimpsesto Parisino lat. 12161 servantur (cf. Zeumer, *MG. LL. Nat. Germ. Sectio I Tom. I* p. XII sq. XVI sqq.) haec habet ex corporis Maioriani Novellis excerpta:

Valent. 32 § 4      = Euric. frgm. 293 (= 1. Visigoth. 5, 4, 1); cf. 1. R. Burg. 35, 5.  
                        l. Baiuvar. 16, 8

— 35 v. 59 sqq. = Euric. frgm. 321 (= 1. Visigoth. 4, 2, 13).

Ad novellam Severi 1 a Postalaricianis denum legi Romanae Visigothorum insertam fragmentum Euric. 322 (= 1. Visigoth. 4, 2, 14) prope accedit (vide p. 201), hoc vero discriminem intercedente, ut usufructuaria portio a Severo mulieri praebita, 'sive in alias nuptias venerit sive non venerit', ab Eurico non concedatur nisi in viduitate permanenti. Tamen novella illa extravagans, priusquam a Visigothis post annum 506 in Breviarium recipetur, iam pridem nota eis fuisse putanda est.

b. Lex Romana Burgundionum<sup>1)</sup>, quam ante editum Breviarium Alaricianum a 1. R. Burg. Gundobado rege (473—516) conditam esse verisimillimum est (cf. Haenel, *Betr.* p. XCV sq.; Mommsen, *Theod. I* p. LXI), quod tit. 2, 2, ubi prima mentio fit Novellarum, verbis utitur *secundum legem ex corpore novellarum Theodosii et Valentiniani ad Maximum patricium datam* (scilicet Valent. 19), non est cur Maioriani corpus adhibitum esse negemus. Nam huius ipsius imperatoris novellas et extra Breviarium positas cognovisse eum, qui legem R. Burg. composuit, titulus 25 *de adulteris* inscriptus docet, ubi verbis *secundum legem novellam Maioriani* novella Maioriani 9, licet incorrecte<sup>2)</sup>, laudatur. Ad novellae Maioriani 6 'de sanctimonialibus' paragraphum 9, ut aliae posteriorum temporum leges, ita nostrae titulus 37, 1. 2 spectat. Praeterea ex constitutionibus Breviario non insertis novellae Theod. 12 'de repudiis' principium aperte significatur initio tituli 21 *de dictoriis* inscripti. Neque minus Extravagantes post Maiorianum latas Burgundiones in legem suam Romanam receperunt; titulus enim 46 ad verbum fere depromptus est ex altera Severi novella, quae in legis R. Burg. codice quodam huic titulo adscripta inde in tertiae syllogae archetypum transiit. Ad interpretationem autem nov. Marciani 1 (v. 97/98) quamquam prope accedunt tituli 33 verba *nec eum qui pulsandus est longius trahere*, tamen nequaquam ex Breviario Alariciano sumpta sunt.<sup>3)</sup> Huiusmodi potius similitudines inter legem Romanam Burgundionum et Visigothorum interpretationes intercedentes, quarum exempla plura ad Theodosianum pertinentia Mommsen (*Theod. I* p. LXI) attulit, facile explicantur considerantibus utriusque nationis iurisperitos easdem iuris scholas tum frequentasse. Inuria igitur inter auctores, qui novellam Marciani 1 adhibuerunt, p. 185 laudavi Burg. 38, 1. — Novellarum usum produnt loci hi: Burg. 2, 2: nov. Valent. 19 § 2 (vide supra; Halban

<sup>1)</sup> Edidit de Salis, *MG. LL. Nat. Germ. Sectio II Tom. I*; cf. de Halban, *Das römische Recht in den germanischen Volksstaaten I* (1899) p. 268 sqq.

<sup>2)</sup> Vide p. 176; cf. etiam de Halban, *l. l.* 272 not. 2. 4.

<sup>3)</sup> Quae sequuntur *pulsatus in eius audiencia repondeat, ad cuius sententiam convenitur . . . tam denum pulseati iudicem actor adeat a regula generali in Breviarii novella Marciani 1 exposita abhorrent, quae sic est: actor rei forum sequatur.*

l. l. 272 not. 6) — 6, 3: Valent. 31 § 3 v. 21 — 11, 4: Valent. 35 § 1<sup>1</sup>) — 21, 1: Theod. 12 v. 2/3 (non respecta nov. Valent. 35 § 11) — 25: Majorian. 9 (vide p. LVII) — 26, 1: Valent. 35 § 10 (*secundum legem novellam*) — 31, 1: Valent. 27 — 31, 1. 2: Valent. 35 § 12 — 31, 5: ? (*intra annum criminalem quaestionem et proponi et debere finiri secundum legem novellam vel diversorum auctorum constitutiones, quae sunt per titulos superius indicatae*) — 35, 5: Valent. 32 § 4 (cf. frgm. Euric. 293) — 36, 4: Theod. 11 § 3 (*secundum legem novellam de tutoribus pupillis nominandis*: vide supra p. XLVIII) — 36, 9: Valent. 35 § 13 (*secundum legem novellam*) — 37, 1. 2: Majorian. 6 § 9 — 37, 6: Valent. 31 v. 33 sqq. (*secundum legem novellam . . . secundum legem novellam sub titulo de advenis*) — 39, 3: Valent. 8, 1 (?; *secundum legem novellam*) — 44, 1: Valent. 35 § 6 — 45, 1: Valent. 21, 2 § 1 — 45, 2: Theod. 16 § 2 (*secundum legem Theodosii et Valentiniani ad Florentium prefectum preturii datam*) et Valent. 21, 1 § 4 — 46: Severi 2 (*secundum constitutionem novellam Leonis et Severi . . . quod ea lege evidenter exprimitur, quae ad Basilium prefectum preturii data est*; vide p. LVII).

*Edictum  
Theoderici*

c. Edictum Theoderici regis Italiae (493—526; ed. Blume, MG. LL. V, 145 sqq.) et Gothis et Romanis destinatum, quamquam inter annos 511—515 publicatum est, tamen epitomen Alaricianam non adhibuit, id quod hodie inter viros doctos fere omnes constat.<sup>1)</sup> Cui rei non obstat, quod Ostrogothorum rex ex Novellis non excerpit nisi in Breviarium receptas. — Novellae antiquis legibus (c. 12), scilicet Theodosiano, vel veteris iuris sanctimoniae (c. 155) oppositae allegantur sub titulo *norellarum legum* (c. 12 — 68 — 155), ut in l. R. Burg. — Edicti capita, quorum verba ita cum Novellis congruant, ut adhibitas eas esse a Theoderico verisimile fiat, sequuntur: Theoderic. c. 12: Valent. 35 § 13 (cf. Burg. 36, 9) — Theoderic. c. 28: Theod. 16 § 2 et Valent. 21, 1 v. 27 (cf. Burg. Germ. 43, 1; Burg. R. 45, 2; cod. Parisin. 4613 f. 83; Hincmar ed. Sirmond. I p. 640) — c. 29: Theod. 16 § 3 — c. 54 v. 29 sqq.: Theod. 14 § 3. 4 — c. 64 pr.: Valent. 31 v. 33—38 (cf. Burg. 37, 6) — c. 68: Valent. 31 § 2 — c. 69: Majorian. 7 § 1. 2<sup>2</sup>) (cf. Valent. 27; Burg. 31, 1) — [c. 110: Valent. 23] — c. 142: Valent. 35 § 18 — c. 144: Valent. 1, 8 § 2. 5 — c. 149: Majorian. 7 § 15. 17.

*Schol. Vaticanini  
reg. 886*

5. Inter *Scholia* in margine *Vaticani reg. 886 (V)* addita ad Theod. 11, 30, 42 a *V<sup>2</sup>* adscriptum (cf. Theod. I p. LV) ad novellam Theod. 7, 4 § 8 spectat, quae falso *novella Valentiniani* nuncupatur.

C. Ex sylloge tertia Excerpta.

1. *Collectiones* inde a saeculo VII in Gallia ad usum ecclesiasticum confessae Breviarii aucti codices adhibuisse videntur. Ita libri Parisinus lat. 12445 et Berolinensis Phillipianus 1741 (cf. Conrat, *Quellen* p. 255 sq.; Mommsen, *Theod. I* p. LXXXVIII. XC sq.; de Wretschko, *ibidem* p. CCCXXXII sq.) syllogae decretalium Dionysio-Hadrianae subiungunt excerpta cum ex Theodosiani integri libro XVI tum ex Novellarum sylloge tertia deprompta.

D Parisinus lat. 12445 (antea Sangerman. 366; Haenel, Brev. n. 72 = const. Sirmond. p. 415 sqq.; Mommsen, l. l.) saec. IX/X scriptus est.

Phillipps. 1741 Berolinensis Phillipianus 1741 (Haenel, Brev. 71 = const. Sirmond. l. l.; Rose, catalog. n. 82; Mommsen, l. l.) origine Remensis saec. X scriptus est.

Utrique libro communia sunt haec:

Nov. Valent. 27 *integra* (D f. 199v—201r = Phillipps. 1741 f. 7v—9r) sub praescripto in libro *legum norellarum divi valentiniani cap. VIII* (= Brev. nov. Valent. VIII).

Nov. Valent. 35 inscr. et textus §§ 1—7: D f. 199 = Phillipps. 1741 f. 191v/192r. Praemissa rubrica *de episcopali iudicio et de diversis negotiis* in utroque libro ante inscriptio-

<sup>1)</sup> *Institutum et presbyteri iam ante legem R. Burgundionum conditam textui nov. Valent. 35 (vv. 7, 18, 22) insertum fuisse verba Burg. 11, 4 *criminales vero actiones nullatenus posse mandari nisi ab episcopis aut presbyteris demonstrant.**

<sup>2)</sup> Cf. Haenel, Brev. p. XCII; Gaudenzi, *Zeitschr. Savignyst. G. A.* VII, 46 sqq.; Brunner, *Rechtsgeschichte* I, 365; Krueger, *Quellen und Litteratur* p. 316; Mommsen, *Theod. I* p. LXI, alii.

<sup>3)</sup> Novella Majoriani 7 crebro adhibita est in legum, formularum, epistularum a Theoderico oiusque successoribus datarum collections, quam *Cassiodorus Senator* in 'Variorum' suorum libris (ed. Mommsen) composita; vide locos p. 174 a me congestos.

nem et textum paraphrasis inseritur ex constitutionis ipsius et interpretationis verbis composita (incipit *episcopus presbyter iudices publici esse non possunt* [cf. v. 5 sqq.], terminatur *ut publica loca clerici pro ecclesiasticis reparationibus non destruant* [cf. v. 147]).

Nov. Valent. 35 interpretatio integra (*D* f. 201 sq. = *Phill. 1741* f. 9<sup>r</sup>—11<sup>r</sup>) sub praescripto *item cap. XII.* (= Brev. nov. Valent. XII) *ex interpretatione sententiae de episcopali iudicio.<sup>1)</sup>*

Nov. Marciani 1 interpretatio integra (*D* inter Theodosiani 9, 1, 11 inscriptionem et textum interposita = *Phill. 1741* f. 190<sup>r</sup> in margine ad eundem locum a librario ipso addita); praescribitur *ex interpretatione legis martiani*, subicitur secundum *has leges dederit carthaginense concilium capitulum XXX.*

Praeterea *Phillippiano 1741* soli propria sunt:

Nov. Marciani 1 interpretatio usque ad 80 *appellare*: f. 18<sup>v</sup> sub praescripto *et item leges dicunt.*

Nov. Valent. 35 interpretationis principium (usque ad 129 *extranei*), quod in marginibus inferioribus f. 14 breviatum mutatumque a librario ipso additur; praescribitur f. 14<sup>r</sup> *et in interpretatione legis valentiniani praeceptum ostenditur*, f. 14<sup>v</sup> *et h(oc) e(st) de lege valentiniani.*

*Parisino 12445 (D)* propria est

nov. Valent. 8, 1 (inde a 16 *quia inlicitis*) et Valent. 8, 2 *integra*: f. 210 sub praescripto *item in libro primo legum novellarum.*

Omnia, quae attuli, excerpta ad constitutiones in Breviarium receptas pertinent praeter novellas Valent. 8, 1 et 2 a *D* servatas. Depromptas eas esse ex tertiae syllogae codice verba his praescripta ostendunt. In hac enim sylloge sola nov. Valent. 8 relata est inter Theodosianas (scilicet ‘legum novellarum librum primum’), ubi sub numero XVIII (XVII in *O*: vide p. XXIII) habetur. Itaque quin reliquae etiam novellae in utroque libro excerptae, cuius lectiones et in minoribus concordant, ex eodem Breviarii aucti codice sumptae sint, dubitari non potest. Confirmant hoc loci plerique, quibus nostri (ex quibus Phillipsonianum in apparatu neglexi) cum tertiae syllogae libris convenient, ut Valent. 27, 18 — 27, 14 — 27, 15 — 27, 26, Valent. 8, 2 subscr. Proxime autem accedunt ad librum *O*, id quod locis Valent. 35, 28 (fori *O*, fieri *D*) — 35, 31/32 — 35, 33 — 35, 42; Valent. 8, 1, 39 — 8, 2, 7 — 8, 2, 14 demonstratur, ita ut optimo iure Gallicum libri *O* archetypum prope afuisse credamus a codice eo, quem collectio nostra adhibuit.

Hincmarum archiepiscopum Remensem (845—882) Theodosiani integri et Breviarii *Hincmar* constitutiones, exceptis paucis, ex eadem collectione Remensis sine dubio originis hauisse, quam libri modo laudati repraesentant, Conrat probavit (*Quellen* p. 23 sq. 256, *Neues Archiv* 24, 355 sqq.; cf. etiam Mommsen, *Theod. I* p. LXXXIX). Locos ab Hincmario receptos post Conratuum composuit de Wretschko (*Theod. I* p. CCCXXXIX sqq.). Pertinent ad nov. Valent. 35 int. v. 116—118: ed. Sirmond. II p. 545 — II p. 785 — II p. 606; ad nov. Marcian. 1 int. v. 77—80: ed. Hardouin V p. 1348<sup>2).</sup>

Eidem Remensi origini tribuenda esse verisimile est, quae collectiones suppositiciae *Pseudo-isidoriana* tres medio saeculo nono in regno Francorum compilatae, scilicet *capitula Angilramini*, *capitularia Benedicti Leritae*, *Decretales Isidori Mercatoris*, cum ex Theodosiano tum ex Novellis sumpta praebent. De Pseudoisidorianis collectionibus quae dicuntur novissime egit Seckel (*Realencyklopaedie für protestantische Theologie XVI*<sup>3</sup>, 1905, p. 265 sqq.; cf. etiam Conrat, *Quellen* p. 309 sq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCXXXIV sqq.). Locos ex Novellis excerptos composuit de Wretschko (l. l.); pertinent omnes ad nov. Valent. 35 (Brev. XII)

<sup>1)</sup> In *Phillips. 1741* a librario additur: *Haec interpretatio legis valentiniani augusti est ex capitulo ipsius editi de episcopali iudicio quod circa finem istius libri habetur ubi in initio et in fine ipsius capituli hoc signum habetur ✕* (pertinet ad f. 191<sup>v</sup>/192<sup>r</sup>; vide supra). Eadem fere repetuntur manu recenti adscripta.

<sup>2)</sup> Hincmari verba (Sirmond. I p. 640) *perpendendum . . . quinque vel septem aut decem, ut scribit Ambrosius, testibus robora constaret*, si omnino Novellarum usum produnt, id quod negaverim, ad Brev. nov. Valent. IV, 1 (= Valent. 21, 1 v. 27; cf. p. LVIII ad Theoderic. c. 28) potius referenda sunt quam ad Brev. nov. Theod. IX (= Theod. 16).

et Marcian. I; Benedictus solus duobus locis (III, 192 — I, 369) epitomae Aegidianae novellas Valent. V (= 23) et Marcian. II excerptis.

Ad librorum porro Parisini 12445 et Phillipiani 1741 excerpta prope accedunt quae ex Novellis deprompta habent codices Vaticanus reg. 520 et Parisinus lat. 10753:

*Vaticanus reg. 520* (cf. Blume, MG. LL. 3 p. 590) ex diversorum codicum in regione Aurelianensi scriptorum laciniis constat, quas Petrus Danielis Aurelianensis concessit (cf. f. 24. 94. 98. 121<sup>r</sup>: *Ex libb. Petri Danielis Aurelianensis 1560*); postea Pauli et Alexandri Petaviorum fuit, inter reginae libros numerum tulit 184. Ad Theodosianum pertinentia Mommsen (*Theod. I* p. LXXXVI sq.) tractavit. Ad nostram editionem spectant saeculi X folia 96<sup>r</sup>—98<sup>r</sup> Breviarii constitutionem Valent. 35 integrum una cum inscriptione completentia (subscriptio manu recenti saec. XVI additur; interpretatio deest); folium 99, in quo inter legis R. Burg. titulos 11 et 1 interposita reperiuntur nov. Marcian. I rubricae verba *neminem exhiberi de provincia et reliq.*, alia eiusdem aetatis manu scriptum est. Codex, ex quo folia 96—98 avulsa sunt, neque subscriptionem neque interpretationem novellae Valent. 35 exhibuit, id quod constitutio Theodosiani integri 14, 18, 1 in versa folii 98 pagina ab alio exarata docet. Sed ut folii 99 librarius non recepit nisi nov. Marciani I rubricam, ita et eum, qui folia illa descriptis, ex archetypo novellam Breviarii Valent. 35 integrum proponente inscriptionem et constitutionis verba tantum sumpsisse verisimilium est. Nihil enim habemus, cur ad primae syllogae codicem fragmenta nostra referenda esse putemus. Contra ubi huius syllogae liber *I* aut solus aut cum Breviarii libris emendatis *ESL* verum exhibet, noster semper cum reliquis libris stat; proxime autem lectiones eius accedunt ad libros *D* (ut Valent. 35, 18 — 35, 37 — 35, 47) vel *E* (ut Valent. 35, 31 — 35, 108). Crebri sunt hiatus (35, 12 — 35, 86 — 35, 87/88), crebrae lectiones singulares plerumque interpolatae (ut 35, 28 — 35, 32/33 — 35, 36 — 35, 43 — 35, 79 — 35, 86). — Varias nov. Valent. 35 lectiones P. Pitheus filius Sichardianae exemplari Paris. Rés. F 380 ex nostro adscripsit (*Pith. [ad Sichard.]*); quibus Cuiacius in editione priore a. 1566 usus est. — Codicem contuli Romae a. 1901.

*Parisin. lat. 10753* (= suppl. Lat. 215; cf. Haenel, *Brev. n. 60* et p. XXVI sq.; Courat, Quellen p. 228 sqq.; Mommsen, *Theod. I* p. LXXXIX sqq. Cl sq.) epitomae ab auctore ipso ‘scintillae’ vocabulo, ut Fuldensis epitome, appellatae codex unicus est saec. X/XI scriptus. Ad marginem superiorem folii 1<sup>r</sup> saec. XV/XVI manu adscribitur *de ep(iscop)ali iudicio. | iste lib(er) est eccl(es)ie b(eat)i liunomari;* ibidem leguntur numeri 118 et 143. De scintilla ipsa infra (p. LXII) breviter agetur; f. 1—7<sup>r</sup> sub praescripto *Incip̄ de episcopali iudicio et diversis negotiis praemittuntur nov. Valent. 35 inscriptio*, textus §§ 1—18, interpretatio (inde a 126 in foro usque ad finem). Fragmentum corruptelis abundans et negligenterissime descriptorum contuli Parisiis a. 1901 usque ad § 9. —

Codices, quos supra tractavi, fragmenta praebentes ex sylloge Novellarum tertia (scil. Breviario aucto) deprompta, si praetermittimus Vaticanum laciniis tantum exhibentem, eidem sunt, qui una cum eiusdem syllogae codice *O* neque minus cum *E* Breviarii Theodosiani librum XVI augent (cf. Mommsen, *Theod. I* p. XC sq. CXXII).

2. Alteram classem repraesentant syllogae tertiae excerpta, quae epitomae Aegidianae libri et Sangallensis 731 accidente Reginone Prumensi ex legibus novellis Maioriani extra Breviarium positis sumperunt:

*Epit. Aegidiana* libri, quos repperi Novellas complectentes (vide p. LXI sq.), plerique novellae Maioriani 11 a Postalaricianis sub numero II receptae rubricas subiungunt novellarum Maioriani sex primarum; sequuntur nov. Maioriani 6 § 9 vv. 90—94 hunc in modum epitomati: *Ut, si inter coniugatos non fuerit aequa donatio, nec matrimonium iudicetur nec legitimū filii procreentur<sup>1)</sup>*; in fine habetur: *Hae sex sententiae properea non sunt defloratae quia in aliquibus libris non inveniuntur, in aliquibus<sup>2)</sup> tamen inveniuntur.<sup>1)</sup>* Praeter harum novellarum, quas in aliquibus libris invenisse se dicit, rubricas Epitomae auctor depromptum nihil exhibet ex novellis extra Breviarium positis. Neque aliter res se habet de tertiae syllogae codicibus *ΨΘΩ*, in quibus Maiorianae sex primae,

<sup>1)</sup> Desunt omnia in *Parisino 4633*.

<sup>2)</sup> libris . . . aliquibus om. *Parisin. 4409*.

integrae illae quidem, praeter Alaricianas solae extant. Illos igitur, quos epitomator vidit, libros prope asuisse a  $\Psi\Theta\Omega$  probabile est, proxime fortasse ab  $\Omega$ , ut nov. Maioriani 4 rubrica docet.

Ad eandem originem referendum est insititium codici *Sangallensi* 731 (vide p. LXII) a. 793 conscripto post finem novellae Valent. 35 (Brev. XII) insertum et novellae Maioriani 6 § 9 fragmentum (90 *utrumque . . . 94 procreentur*) complectens, quod Aegidiani libri epitomatum praebent (cf. Mitteis, *Reichsrecht und Volkerecht*, 1891, 229. 294 not. 1); adhaeret fragmento Pauli sententiarum locus (4, 10, 1. 2) et ipse a Breviario alienus.

*Regino* etiam abbas *Prumensis*, qui a. 915 e vita decessit, in libro altero (II c. 173) tractatus 'de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis' inscripti (ed. Wasserschleben, Lipsiae 1840; cf. Conrat, *Quellen* p. 258 sq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCXLII) eiusdem novellae Maioriani 6 fragmentum aliud (53 *riduarum . . . 67 partiatur*) ex simili tertiae syllogae codice sumpsit; praescribitur *Ex lege Romana novellarum diri Maioriani*.

3. Breviter denique agendum est de *legibus Visigothorum* post corpus Euricianum et Breviarium Alaricianum datis (de quibus conferas Zeumeri editionem, *MG. LL. Nat. G. Sectio I Tom. I*, potissimum p. XII sqq., praeterea Mommsenum, *Theod. I* p. XXXVI sq.). Codicem Euricianum Leovigildus rex (567—586) emendavit et auxit renovatoque corpore, ut antea Euriciano, Gothos solos uti iussit. Contra Reccesvindus suis praedecessorumque legibus compositis corpore a patre Chindasvindo inchoato et a. 654 confecto cum Gothos tum Romanos uti voluit adeoque Breviarii Alariciani vim sustulit. Accedunt leges a posterioribus regibus, ut Ervigio (680—687), datae. Harum legum omnium quae pertinent ad Novellas capita invenies in laterculo, quem de Wretschko (*Theod. I* p. CCCX sq.) proposuit. Legis Leovigildiana capitula, quae corpori Reccesvindiano inserta inveniuntur sub praescripto *Antiqua*, praeter Alaricianas (ut Valent. 25 § 9 et int.: 1. Visig. V, 7, 11 — Valent. 25 § 7: 1. Visig. V, 7, 13 in fine — cf. etiam *Theod. 2* § 2: 1. Visig. II, 1, 14 pr. [Zeumer, *Neues Archiv* 24, 72 sq.]) etiam novellas in Breviarium non receptas, sed tertiae syllogae soli insertas, adhibuerunt: exemplo est 1. Visig. III, 2, 2 ex parte pendens a nov. Anthem. 1 §§ 2. 3 (cf. Zeumer, *I. l.* 589 sq.). Neque minus Chindasvindus, ut Breviarii primitivi (Valent. 35 § 16 et int.; Marcian. 1 int.: 1. Visig. II, 1, 24 pr. — Valent. 21, 2 § 2: 1. Visig. II, 5, 13), ita aucti Novellas respexit; in lege enim III, 1, 5 (in Zeumeri editione p. 128) a. 644 data novella Maioriani 6 (§ 9) usurpata est. Reccesvindi leges ad Alaricianas tantum novellas spectant (Valent. 35 pr. et § 1 cum int.: 1. Visig. II, 3, 1 — Valent. 21, 2 § 2: 1. Visig. II, 5, 16 — Valent. 25 § 7: 1. Visig. V, 7, 14 in fine). Ervigii denique constitutionis III, 1, 9 rubrica novellam Maioriani 6, 9 saepius laudatam attingit.

### III. Breviarii Alariciani Epitomae.

*Epitomen Aegidianam* (Haenel, Brev. p. XXVsqq. LXXVsqq.; Conrat, *Quellen* p. 222 sqq.) saec. VIII compositam ex codice iam latente vel deperdito Petrus Aegidius Antverpiensis a. 1517 primus edidit. Libros hodie notos Mommsen, *Theod. I* p. C sq. enumeravit; inter quos Novellis carent Ambrosianus A 46 inf., Basileensis C III 1 f. «—ε (vide p. XXXIX), Monacensis lat. 4460, Parisinus nouv. acq. 204. Examinati a me sunt codices qui sequuntur:

Parisinus 4409 saec. X: f. 144v—183; Novellae insunt f. 161v—166v.

Parisinus 4416 saec. IX: f. 10v—72; Novellae habentur f. 42v—50v.

Parisinus 4418 saec. X: f. 1—87; Novellae habentur f. 19v—22v.

Parisinus 4426 saec. X/XI: p. 99—210; Novellae continentur p. 155—166.

Parisinus 4683 saec. X: f. 44v—99v; Novellae insunt f. 74v—79v.

Parisinus 4696 saec. XIII: contextus continetur f. 1—24, 69v—85v (Novellae f. 20v—24v), index titulorum f. 86—89v, Commonitorium f. 89v.

Vaticanus reginae 846 saec. VIII (vide p. XXV): f. 1v—67v; Novellae insunt f. 34v—43v.

— Praeterea indicem regum Francorum (f. 79v) codex memorabilis est propter notas Tironianas ad marginem adscriptas (cf. Schmitz, *Miscellanea Tironiana*, Leipzig 1876) et Capitulare Haristallense (f. 98) a. 779 emissum (*MG. LL. Sectio II Capitularia I* p. 46 sqq.).